

Nihilominus verius est, prefatam constitutio-
nem esse admittendam, ut cum D. Covar. & alle-
gatis sup. nu. 32. probarent in specie Fachin. dicit.
cap. 33. vers. Secundus articulus, Cabed. ubi sup. Aug.
Barbos. in collectan. ad d. l. quoties, nu. 17.

36 Non esset ab hoc loco alienum inquirere, quando valeat concessio ejusdem rei, vel venditio per Principem facta? sed ut breviter consulamus, quia res paucis absolvitur nequit. Vide Greg. Lop. in l. 53. glos. 6. tit. 5. part. 5. & ibi Hermosill. plures cumulantem ex nu. 5. Gail. d. obseruat. 55. n. 2. ubi late probat, nullam esse secundam Principis concessio-
nem, nisi de prima expressum mentio fiat, quanquam motu proprio expediatur, quia presumitur Princeps oblitus prima gratiae, vel ab imperante deceptus; quae presumptio probationem in contrarium ex-
cludit.

Ad Num. 4.

37 Omissa controversia asseverandum est, decisio-
nem d. l. quoties, procedere in Ecclesia, vel Ecclesiasti-
cis personis alienantibus ex ratione, quam D.
Covar. recte perpendit; prout tenent Greg. Lop.
in d. l. 50. glos. 1. in princip. Lessi. de just. lib. 2. c. 21.
dubit. 20. nu. 141. Anton. Gom. d. c. 2. nu. 20. vers.
Sexto & principaliter, Pat. Molin. tract. 2. disp. 369.
nu. 7. Ant. Gab. d. conc. 2. nu. 51. Aug. Barbos. ubi
proxime, n. 9. Hermosill. in d. l. 50. glos. 1. n. 19. Fachin.
controversiar. lib. 2. c. 33. vers. Ego posteriorum, ubi
late. Card. Lug. n. 168. vers. Adverte tertio.

38 Quae controversia declaranda est, ut minimè proce-
dat, si res Ecclesiæ distractatur cum licentia Superioris, juxta extravagant. Ambitiose, de reb. Eccles. int. Commun. nam si uni vendatur virtute fa-
cilitatis obtentæ, etiæ ei res non tradatur, prævalebit contra secundum emptorem, qui possessionem fuit consequens, nisi iterum ad denuò vendendum fuisset concessa licentia. Ratio est, quia per primam venditionem, licet res non tradetur, facultas ex-
piravit, qua deficiente, posterior alienatio non substat. Quod regulare est, quoties ad alienandum alterius facultas desideratur. Ex quo constitutio dicit. l. quoties, limitatur per Gregor. Lop. dicit.
glos. 1. ad fin. ubi Hermosill. nu. 29. Valasc. de
jur. emploiteui. q. 14. nu. 9. Aug. Barbos. nu. 20.
Cald. de extint. emplo. c. 10. ex nu. 36. quemadmodum de majoratu diximus sup. n. 4.

Ad Num. 5.

39 Quoties secundus emptor non ignarus prioris contractus rem eandem comparat, quamvis posse-
sionem adipiscatur, non obtinebit contra primum emptorem, cui nunquam fuit tradita; Gregor.
Lop. dicit. glos. 1. ad med. Molin. n. 9. Morla d. tit. 9.
in rubric. n. 50. Lessi. n. 242. Cald. de empt. c. 26.
nu. 30. Gail. dicit. obseruat. 55. nu. 11. Mozz. sup.
c. de naturalib. empt. nu. 33. vers. Tertium, Anton.
Gom. dicit. num. 20. vers. Secundo, principaliter,
Guttiere. in tract. confirm. part. 1. c. 30. n. 8. Ant. Gab.
sup. n. 10. Hermosill. n. 27. Cevall. tom. 2. quest. 756.
nu. 48. 49. Merlin. d. quest. 30. nu. 10. Dicastill.
nu. 267. ubi, quod in foro conscientia non est
tutus, & alii per Barbos. nu. 18. Scientia autem
primæ emptionis nocebit, si tempore contractus,
aut pretiū soluti habeatur; secus si post solutum
premium ante traditionem, nam etiæ sciens rem ac-
cipiat; nihil ei imputari potest, qui magis sibi
prospicere voluit (ne pecuniam perderet) quam
primo emptori, ut obseruat Gregor. Lop. sup. Imo
idem dicendum est, si quis bona fide emat, posse-
que, prætio nondum numerata; sciat rem alteri

prius venditam, ex quo recusat pecuniam solvere, ex contractu jam inito per iudicem compellatur, quamvis se defenderit, nulla collusione interveniente; nam si possessionem hoc casu nanciscatur, potior habebitur primo emptore, cum domum non admiserit; & justè emit, qui authore Prae-
tore emit: argum. l. justè possedit, ff. de atq. poss.

Ibi: Quod se primus emptionis titulum habeat.

Præterea d. l. quoties, limitatur, quando posterior,
cui res traditur, habet titulum lucrativum, prior
vero onerosum; nam etiæ possessionem nunquam
aceperit, & dominium traditione in donatarium
sit translatum, competit ei actio revocatoria, per
quam ultimam alienationem rescindens rem con-
sequetur, etiam si donatarius ignarus fuisset pre-
cedentis contractus onerosi; ut cum D. Covar. do-
cent Ant. Gom. dicit. numero 20. vers. ex quo deduci-
tur, Molin. ubi proxime. Palac. Rub. in rubric. de
donat. int. §. 81. nu. 12. Lessi. sup. Ant. Gab. numer.
32. Aug. Barb. numero 20. Azor. institut. moral. part.
3. lib. 8. capic. 18. quest. 5. Hermosill. num. 28. Quan-
quam contrarium tueatur Ant. Fab. de errorib. de-
cad. 85. error. 9. qui opinatur, emptori adversus do-
natarium revocatoriam non competere: quæ senten-
tia in Principe donante, quod prius alii vendiderat,
defendat potest, admissa ea opinione, quod ex con-
tractu oneroso Principis, dominium sine traditione
non transferatur; de qua sup. nu. 32. quia cum jus
in re nondum habeat, faciliter tolli per supremam
potest potestatem, maxime, si iusta causa inter-
cesserit; de quo vide Hermosill. & ab eo allegatos
in l. 53. glos. 3. à numero 7. titul. 5. part. 5.

Ad Num. 6.

Si pluribus eadem res vendatur, & tradatur, sed non
apparet, quis primus possessionem adeptus est,
qui prior contractus obtinebit; quoniam presumitur,
sicut in contractu, ita in traditione præcessisse; &
adversario, qui secundus emit, incumbit probatio,
quod prius fuit sibi res tradita, Molin. n. 5. Ant.
Gom. vers. Tertio, principaliter limita. Mozz. sup.
nu. 34. in fine. Hermosill. d. glos. 1. n. 39. Lessi. n. 143.
Ant. Gab. n. 51. Gratian. disceptat. c. 523. n. 4. Aug.
Barbos. n. 31. Dicastill. n. 265. Card. Lug. n. 167.

Ibi: Quod verum est ubi uterque.

Videss quæ dicta sunt sup. n. 11. 12. Si inter duos ejusdem rei emptores controversia de dominio sit,
quamvis uterque possessionem acceperit, ille super-
abit, qui prius venditor satisfecerit, pecuniam numerans,
aut fidejussore vel pignoribus præstis. Idem erit,
si habita fides sit de pretiis quam declarationem ad proximan conclusionem tradit cum D. Covar. Lessi. dicit. n. 143. Hermosill. Barbos. &
alii proxime laudati. Ratio est, quia dominium non
quæritur, nisi satisfactione data venditori, ut pro-
bavi nu. 11.

Hoc tamen limitandum est in emptione rei, quæ
venditoris non sit; quo casu non attenditur pretiū
soluto, sed dunctorat possessionis traditio. Unde
si duo à non domino emissent, ille potior erit, qui
prior possessionem obtinuerit, five pretium solverit,
sive non; nam quod de pretiis solutione dictum
est sup. nu. 11. 12. solum procedit, vendente do-
mino, l. 50. titul. 5. p. 5. ubi Gregor. Lop. glos. 4. 7.
Hermosill. dicit. glos. 1. cum seqq. nu. 42. Ant. Fab.
decad. 86. error. 5.

Ad

Ad Num. 7.

44 Est inter cæteras insignis limitatio quam in præ-
fenti tradit D. Covar. cum scilicet pactum de non
alienando in prima intensione emptione, cum ob-
ligatione bonorum ad contractus, & pacti firmat-
atem; quo sit, ut licet postea eadem res tradatur
ex venditione, vel alio contractu, primus contra-
hens preferatur, quia prius jus in re obtinuit, nec
potuit dominum in alium propter vim pacti, & hypo-
thecæ transire, maximè si fuerit specialis ipsius rei,
quæ venit; ut affirunt Castill. controversiar. lib. 5.
cap. 80. n. 25. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n.
20. vers. Quartò, principaliter limita, Guttiere. d. cap.
30. n. 7. August. Barbos. n. 21. Menchac. de success-
ion. creat. lib. 1. §. 10. n. 84. vers. Secundo ex hoc.
Cald. de emotion. cap. 26. n. 37. Morla. d. tit. 9. de
cont. empt. in rubr. nu. 49. Hermosill. n. 32. Quod
utique ob servandum est, si cum tali pacto generalis
bonorum hypotheca jungatur, prout D. Covar. sentit,
qui indistinctè obligationem, five hypothecam
sufficeret, at; quem sequuntur Castill. sup. Merlin.
d. lib. 4. quæst. 30. n. 28. ubi alii; etiæ alias validè
controversum sit, an pactum de non alienando cum
generalis hypotheca, impedit dominij rei obligata
translationem? ut videre licet apud Hermosill. in l.
fin. glos. 2. à nu. 2. tit. 5. p. 5.

45 Imo id ipsum verum est, si omisso fuerit pactum
de non alienando, solumque hypotheca specialis rei
venditæ intercesserit ad implementum contractus,
adhuc enim cum primus emptor hypothecarius jus
in re consequatur, eam à sequenti, cui sit tradita,
avocare poterit; Merlin. cum multis, sup. à num. 3.
Lessi. de just. lib. 2. cap. 21. dubit. 20. num. 141. vers.
Secundo, non habere, Thesaur. question. forens. lib. 4.
quest. 64. nu. 2. Guttiere. nu. 2. Molin. d. disp. 369.
n. 8. Magon. Lucens. decis. 21. num. 4. Mozz. sup. n.
33. Ferrat. in tract. cautel. c. 48. nu. 4. Bart. in
l. qui absenti §. 1. in fine, ff. de acquirend. poss. Rota
dec. 308. à n. 6. part. 5. recent. Card. Lug. sup. n.
168. vers. Nec etiam procedit. Nec refert, aliter sentit
Castill. sup. & alios, quos refert, & sequitur
Hermosill. in d. l. 50. glos. 1. n. 34. 35. tit. 5. part. 5.
eo quod sola hypotheca translationem dominij
impedit non valit; atque ita primus emptor dun-
taxat hypothecaria obtinebit, ut sibi res tradatur,
non ut eam acquirat ut dominus, sed ad retentio-
nem jure pignoris, donec sibi interesse solvatur, ut
inquit Hermosill. Sed pro prima sententia responde-
ri potest ex Merlin. sup. quod etiæ dominium in fe-
cundum emptorem transferatur per traditionem,
res cum sua causa, & onere vadit; quæ cum sit obli-
gata pro firmitate, & implemento contractus, quod
in acquisitione eius, quod emitur, consistit; l. cum
manu sata. §. fin. ff. de cont. empt. primus emptor
rem ipsam sibi cipiet, nec tenebatur, interesse ac-
cepito, eandem secundo restituere, qui dominium
cum hac qualitate revocationis quæsivit. Quæ co-
probari possunt ex dictis sup. num. 14. quemadmo-
dum enim venditor tenetur præcisè tradere, quoties
potest: ita etiam cum res ipsa obligatur ad con-
tractus implementum, si haberi possit, emptori est
preferenda; quod jus in re jam radicarum, per subse-
quentem alienationem venditoris auferri non li-
cuit, l. id, quod nostrum. ff. de reg. jur.

46 Quam communem resolutionem, ampliabis ad
generalem bonorum obligationem, qua satis erit,
ut primus emptor similiiter præponatur, Merlin.
cum aliis, n. 4. maximè accidente juramento, idem
n. 5. Vincent. Mancin. de jurament. effect. 175.
47 Hæc ita vera sunt, ut procedant, quamquam se-
Faria addit. ad Covar. Tom. 6.

cundus emptor cum pacto codem, ac hypotheca
contraxisteret, & possessionem rei prius obtinuisse,
Merlin. num. 6. guttiere. num. 2.

Sed si in primo contractu nulla sit hypotheca,
licet venditor non alienare promiserit, si alteri
vendat, & tradat, hic exit potior, per dict. l. quoties,
cum per pactum illud, nec jus in re queratur, ut
notum est, nec dominii translatio impeditur, Ca-
still. sup. Hermosill. ubi proxime num. 34. Anton.
Gom. sup. vers. Quoniam principaliter, Merlin. ex n.
12. ubi plures casus congerit, in quibus pactum
prædictum impedit dominii translationem.

Ibi: Verè opinantes, priorem in hypotheca.

Ubi res eadem duobus obligatur, qui potior est 49
tempore, potior est jure, quamvis posteriori res tra-
ditur; ita habetur expressum in l. creditor. 12. §. fin.
alias l. si prior 13. §. fin. ff. qui potior, & tenet
Ant. Gom. d. n. 20. vers. Septimo princip. liter. Merlin.
de pignorib. l. 4. q. 203. n. 2. Negusant eod. tract. part.
5. membr. 1. n. 46. Guttiere. ubi proxime, Mancin. de
tacit. conv. l. 11. tit. 22. n. 2. Molin. d. disp. 369.
n. 8. Pacific. de Salvian. interd. inspecc. 3. cap. 2. nu.
522. Bolannos in commerc. terrestrib. part. 2. l. 2. cap.
12. n. 47. Oportet tamen ut ad secundum credito-
rem perveniat, quod excutiantur bona debitoris
l. 14. tit. 13. part. 5. ubi Gregor. Lop. glos. 5. Ex quibus
deducitur, in hypothecis locum non habere
decisionem d. l. quoties, quoniam absque tradicio-
ne jus in re queritur creditori, ut advertunt Merlin.
Molin. & alii. sup. Imo si rem quis vendat,
eame postea obligat, ac obligatam emptori tra-
dat, creditor jus hypothecæ in re alienata illiba-
tum habet, ut præferatur emptori; glos. in l. 1.
verb. perfectam, C. de jur. Fisc. lib. 10. Bolannos ubi
proxime, lib. 2. capit. 3. nu. 36.

Ver. Octavo, non est prætermittendum.

Si quis cùm dominus non sit, vendat, ac tradat,
rem, posteaque ejus dominium nanciscatur, ille, cui
fuit tradita, dominus efficitur ex contractu, ac tra-
ditione præcedenti, quæ per supervenientem titu-
lum confirmatur, Ant. Gom. d. vers. Septimo. prin-
cipaliter, Fachin. controversiar. l. 7. c. 33. vers. Primus
articulus, Didac. Brito tract. de locat. in rubric. part.
2. §. 4. n. 5. Quod procederet, etiam si emptor sci-
ret, rem alienare esse: quia vanditio talis adhuc in-
ter scientes valet, nisi furtiva sit; l. rem alienam, ff.
de cont. empt. l. 19. tit. 5. part. 5. ubi Gregor. Lop.
glos. 1. & ibi Hermosill. late ex n. 2. Quid in pigno-
re? docet Merlin. sup. lib. 2. q. 2. & videoas, quæ
notavimus sup. nu. 3. at fin.

Ver. Nonò, eadem profecto ratione queritur.

Est præmittendum, in locatione ad longum tem-
pus, id est, ad decennium; vel ultra dominium utile
in conductorum transire ut dictum fuit sup. hoc lib.
c. 16. nu. 10. 15. Quare cum per traditionem jus in
re accipienti acquiratur, dubium non est, qui in
illa loco sit constitutioni d. l. quoties, ut notarunt
Castill. d. c. 89. n. 44. Mozz. sup. tit. de locat. cap. de
naturalib. locat. n. 11. Tuscl. lit. L. conc. 429. n. 2.
Cardos. in prax. judic. verb. emptio, n. 17.

In locatione vero ad modicum tempus cessat
prædicta ratio, quia conductor jus in re non querit,
l. non solet, ff. locat. quare dubitari solet, quis præ-
ferendus sit ex duabus conductoribus, quorum
unus prior contraxit, alter vero posterior, sed huic
res locata tradita est, quam ille non accepit? & cum

I 2 D. Covar.

D. Covar. Cardin. Lug. sup. numer. 166. Salas de contrahit. tract. de emption. dub. 46. numer. 3. & communi tenendum est, quod si secundus conductor rei, quam recepit, infisit, & à primo conveniatur, poterit se defendere; quoniam eti dominus non sit, nec proprio nomine possideat, sufficit illa defensio, vel alii, qui in ea non est, præponatur, cum secundus conductor nullum adversus eum actionem habeat, absque qua nemo in iudicio permititur experiri; ut alterius lib. 1. cap. 6. numer. 6. Secus, quando ipse, cui fuit res tradita, res concurrit cum primo conductor agens, vel ab eo petis; tunc enim superabitur ex ratione tradita, scilicet, per traditionem jus in re nullum comparavit. Ita docent Anton. Gom. d. cap. 2. numer. 20. Greg. Lop. in d. l. 50. glof. 1. post princip. Flores de Mena in addit. ad Gam. decis. 130. Marta in votis decis. vot. 25. à nu. 12. Hermofill. d. glof. 1. num. 3. 4. Anton. Fab. de errorib. decad. 4. error. 10. numer. 24. Bolannos sup. part. 2. lib. 3. cap. 5. numer. 6. Aug. Barbos. cum aliis, in collectan. ad d. l. quoties, numer. 7. Quod itidem procedit in locatione operarum, nam ille potior erit, cui primū cœperint exhiberi, modo ab exhibitione cessatum non sit: Ant. Fab. nn. 25. Bolannos sup. c. 2. nu. 11.

§3 Sunt nihilominus qui à communi recedunt, opinati, primū conductorem præferendum esse secundo, quanquam hic in possessione rei utique locatae sit; ut Gam. d. decis. 130. numer. 1. Cevall. tom. 2. quæst. 756. numer. 58. Tusch. Mozz. & Cardof. ubi proxime, quibus assentiendum non est.

§4 Ubi autem neutri res tradita est, tunc præcudubio prior tempore, potior est jure, quemadmodum in venditione observatur; Bald. in l. emptorem, col. 2. C. de locat. Molin. d. disp. 369. numer. 1. Bolannos, d. num. 6. & alii. sup. At communis conclusio limitatur, quando primus conductor cum hypotheca etiam generali contraxit; qui poterit à secundo possidente rem avocare. Ant. Gabr. num. 29. Mena, Fab. Gama sup. Hermos. num. 5.

Vers. Decimò, an sit locus.

§5 Si quis rem vendiderit Titio, jurejurando contractum confirmans, ac deinde eandem Sempronio vendar, & tradat, Sempronius potior erit: juxta d. l. quoties, qua etiam si jurata sit prima venditio, procedit; nam eti venditor dexterius faciat violans religionem juramenti, actus tamen, eius naturam juramentum non immutat, subsistit, nec secundo empori iniqüitas aliena nocere debet. Ita docent D. Covar. de sponsalib. part. 1. cap. 5. in princip. numer. 10. Molin. sup. numer. 1C. Anton. Gom. ubi proxime, vers. Septimò principaliter, Less. d. dubit. 20. numer. 140. vers. Dico secundo, Morla sup. numer. 48. Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 17. numer. 17. Menoch. cons. 84. numer. 29. Rebell. de obligat. infisit. lib. 9. quæst. 17. sett. 3. numer. 22. Anton. Gab. numer. 3. Mantic. sup. lib. 4. tit. 3. numer. 7. Hermofill. numer. 8. Guttier. decis. cap. 30. numer. 4. Pet. Barbos. in rubric. part. 2. numer. 85. ff. solut. matrimon. Roland. cons. 6. numer. 24. lib. 1. Aug. Barbos. sup. numer. 10. ubi alii, Dicastill. nn. 266. Card. Lug. nn. 166;

Idem juris erit, si in venditione adjiciatur pa- 56 etum de non alienando cum juramento, adhuc enim secundus empor, cui tradita sit res præferetur: Guttier. d. numer. 4. ad fin. Ferrar. de caur. 48. numer. 2. Roland. numer. 25. 26.

Addit D. Covar. ubi proxime, quod jura- 57 mentum primæ venditioni adjectum operabitur, quod prior empor possit se opponere, ne res sibi vendita alteri tradatur, quod absque juramento non licet; ut sentiunt Bald. in cap. 1. numer. 3. tit. quid sit investit. in usib. feud. Jas. in d. l. quoties, numer. 3. Anton. Gom. sup. vers. Quinto, principaliter, Matieng. in lib. 7. glof. 6. numer. 24. tit. 11. lib. 5. Recopilat. quos refert, & sequitur Hermofill. numer. 19. Nihilominus D. Covar. assertione aequissimam, ac probabilem credo, nemus juramento interveniente, sed etiam eo secluso, premissa communi lalentia, quam sup. cum D. Covar. probavimus, numer. 14. nam cum vendor te- 58 neatur præcisè ex vi contractus ad rem tradendam, eti secundò alienet iniquè facit, & malitiis hominum indulgendum non est, sed obviandum; l. in fundo 39. ff. de rei ven- dicat. maximè cum contractus sit bona fidei, in quo potius attendendum est, quod bonum sit, & aequum, quam juris stricta observatio, sub qua solet perniciose errari, ut sit Con- sultus in l. si servum 91. §. Sequitur, ibi: Esse enim banc questionem de bono, & aequo, quo in genere plerisque sub autoritate juris scientie perniciose erratur, ff. de verbis. obligat. Nec aequaliter rationem, propter quam primus vendor agere non possit, ut sibi fides servetur, & ut præferatur secundo empori, quo potior est jure.

Nec satisfacit, quod tradit Anton. Gom. 58 sup. nam eti vendor per secundam alienationem dominium, sequuta traditione, trans- ferat, id illicite facit, & juris naturalis, & civilis observationem violat, dum fidem frangit & idè punitur, ut statim dicemus; se- 59 cunda enim venditio, & alienatio, est ex illo, quæ eti prohibeantur fieri, facta tenet, ut plurima alia in jure reperiuntur, l. patre fu- rioso 8. ff. de his, qui sui, vel alieni, jur. Junt. ubi notatur, alioqui nullam penam meretur, si jure permittente venderet; l. Gracca 4. C. ad leg. Iul. de adulter. Unde primus empor audiens erit, si, ut jus suum tueatur, perat, ut per Judicem secunda alienatione prohibita, sibi, qui potior est, res tradatur, ut fraus vendoris evitetur.

Alium effectum juramenti tradit ibidem D. 59 Covar. dilt. numer. 10. scilicet, quod empor primus extrajudicialiter venditorem interpellat, & sic à venditione, vel traditione futura ad Judicem Ecclesiasticum appellat, cuius forum ratione juramenti secularis fortuit, cap. fin. de for. compet. in 6. Quo fieri, ut alienatio, tanquam appellatione pendente, si nulla cap. bone memoria 51. de appellat. de quo per D. Covar. practicar. cap. 24. numer. 5. Ampliari enim extrajudicialiter à futuro gravamine potest, Sig- mund. Scaccia de appellat. q. 5. n. 115.

Ad præmissorum intelligentiam, & decis. lib. quoties, declarationem, nonnulla pro coro- nide addere opus est. Primo, decisionem de- cis. lib. quoties, & quæ circa eam dicta sunt, locum habere, eti vendor dominus non sit rei vendita, l. sive autem 11. §. Si duobus, ff. de pu- blican:

blican, in rem. act. An. Gom. d. n. 20. vers. Tertiò, principaliter extende, Greg. Lop. in d. l. 50. ubi tex- tus glof. 6. tit. 5. part. 5. Anton. Gab. d. conc. 2. n. 9. Sed si à diversis non dominis duo emerint, ille præ- fatur, qui possidet, cum de re in iudicio experitur, d. §. Si duobus, Aliquando tamen solet interessere, an dominus sit, qui duobus vendit, vel non, ut videbis sup. n. 42. & 43.

Secundo, quod si res vendatur Cajo sub conditio- ne, ipsique tradatur, non ut statim ejus fiat, sed adveniente conditione, posteaque eadem Sempro- nio pure vendatur, & tradatur; eti conditio postea advenerit, Cajus succumbet, nec est retroactioni locus: Aug. Barbos. in collectan. ad d. l. quoties, nu- 26. & faciunt quæ sunt sup. n. 7.

61 Tertiò, vendentem rem eandem duobus, crimen committere, & pena falsi coerceri, l. 7. tit. 7. part. 7. ubi Greg. Lop. Molin. d. disp. 369. n. 2. in fine. Cæ- terum rem stellionatus reum fieri, arque ita pro iu- dicis arbitrio puniendum, docent latè Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 381. ex n. 7. Farinac. in prax. crimin. q. 150. de falsitat. & simulat. n. 219. cum seqq. qui multipliciter limitant, & inter alias illa est insignis limitatio, quod si empor tempore debito premium non solvat, sicebit venditori rem venditam alii di- strahere, quod prætor eos adnotarunt Gratian. dis- ceptar. c. 523. ex n. 5. Surd. decis. 220. n. 16. 17. Her- mosill. d. glof. 1. n. 45. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. numero 6. ubi ampliat, eti res empori tradatur, August. Barbos. numero 28. quo casu, posterior empor etiam absque traditione præponetur priori, quia à primo contractu recessum est ob ejus culpm.

62 Præterea non incurret pena vendens duobus rem eandem, si per errorem id faciat, existimans secundum emporum esse illum, cui prius vendiderat, quia in dilectis non inspicitur eventus, sed volunta- 63 s; l. Divus 14. ff. ad leg. Cornel. de sicc. quem casum proponit Gregor. Lop. in dict. leg. 50. glof. 1. post princip. docens non esse locum dict. leg. quoties, si venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri, putans primum emporum esse; opiniatur enim, non obstante traditione potiorem esse, qui primò contraxit: (De qua limitatione potest dubitari, nisi dolo secundi emporis vendori deci- peretur, qui cum causam contractui dedisset, nulla esset venditio, leg. eleganter 7. ff. de dol. ex quo jus in re nunquam doloso quælitum est; ut primo, qui validè emit, præferatur:) nec enim error ille circu- 64 la personam emporis irritat venditionem, cum non versetur quod substantialia contractus, etiam si alii venditor non esset contracturus, Sanchez de ma- trimon. tom. 2. lib. 7. disputation. 18. numero duode- cimo Franc. de Lug. in princip. Moraib. part. 2. capit. 5. question. 1. num. 1. Guttierrez de matrimon. capit. 89. num. 2. Atque ita videtur dictæ legi. quoties, locus esse, ut posterior empor præferatur.

AD CAPUT XX. ET ULTIM.

De Immunitate Ecclesiastica.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de immunitate agentes.
 - 2 Immunitatis etymologia.
 - 3 Quotuplex sit.
 - 4 Immunitatis violator habetur, qui Ecclesiastico- rum exemptiones infringit.
 - 5 Inter immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam discrimen.
- Faria addit, ad Covar. Tom. I.

6 Immunitas Ecclesia quoad tuendos reos definitur.

7 Fus Divinum duplex.

8 Immunitas an sit de jure Divino? ad n. 15.

16 A quo tempore caput.

17 De civitatis refugii Hebreorum, & n. 18.

19 Principia secularium constitutiones ad Eccle- siarum immunitatem præcisè non desiderantur.

20 De Asylis Gentilium; usque ad n. 23.

24 Quod immunitatem cui juri standum sit.

25 Ut Ecclesia gaudeat immunitate, solum requiri- tur, esse Episcopi autoritate constructum, n. 26.

27 Ecclesia incepta, vel destruta, quando gaudeat immunitate?

28 Polluta, & interdicta gaudet.

29 Quid de ea, quæ est apud Infideles?

30 Circa immunitatem quid possit consuetudo? Et n. 31. 32.

33 An Bulla Gregorii XIV. consuetudines contra immunitatem sint sublate?

34 Utrum immunitas sit coarctanda? ad n. 37.

35 Ecclesia gaudet immunitate, est in ea sanctissimum Eucharistie Sacramentum continuo non ser- tur.

36 Quid nomine Ecclesia quoad immunitatem con- tineatur? ad num. 52.

37 Confugiens ad Sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistie Sacramentum, vel Extremam Un- 38 ionem, an immunitate juvetur? & n. 54.

39 Regulariter rei quorunque criminum Ecclesia immunitate juventur.

40 Occidens proditoriè, immunitate est indignus, & quid de vulnerante? ad n. 75.

41 Clericus proditoriè occidens non est degradandus; ad num. 64.

42 Clericus secularis Majestatis reus num sit degra- 43 dandus?

44 Inferens proditoriè atrocem injuriam an dignus immunitate sit?

45 Homicida deliberato animo, vel non ex proposito occidens absque proditione, an immunitate juvetur? ad num. 79.

46 Raptore virginum gaudent immunitate: & n. 81.

47 Assassini non juventur immunitate, de quo latissime.

48 Pona cap. 1. de homicid. in 6. an comprehen- 49 dent, quos hodie assassinos vocamus?

50 Assassini qui fuerint.

51 Summus Pontifex an possit penas imponere tempo- 52 rales laicos, qui ejus jurisdictioni temporali sub- jecti non sunt? 106.

53 In inferno proditoriè atrociem injuriam an dignus immunitate sit?

54 Clericus proditoriè occidens non est degradandus; ad num. 64.

55 Homicida delibera animo, vel non ex proposito occidens absque proditione, an immunitate juvetur? ad num. 79.

56 Raptore virginum gaudent immunitate: & n. 81.

57 Assassini non juventur immunitate, de quo latissime.

58 Pona cap. 1. de homicid. in 6. an comprehen- 59 dent, quos hodie assassinos vocamus?

59 Assassini qui fuerint.

60 Summus Pontifex an possit penas imponere tempo- 61 rales laicos, qui ejus jurisdictioni temporali sub- jecti non sunt? 106.

61 In inferno proditoriè atrociem injuriam an dignus immunitate sit?

62 Clericus proditoriè occidens non est degradandus; ad num. 64.

63 Homicida delibera animo, vel non ex proposito occidens absque proditione, an immunitate juvetur? ad num. 79.

64 Raptore virginum gaudent immunitate: & n. 81.

65 Assassini non juventur immunitate, de quo latissime.

66 Pona cap. 1. de homicid. in 6. Imperatorem, Cardinales, & Archiepiscopos comprehendunt.

67 Diffidatus quis dicitur, & an possit occidi licite à patre, filio, vel fratre?

68 Princeps Ecclesiasticus absque irregularitatis

periculo condere potest legem irrogantem pa- 69 penam sanguinis, sed non ferre sententiam mor- tis, aut mutilationis in aliquem ubi & alia

quem: ubi & alia hoc spectantia de Confessio-

nio, Doctore, scribente, & similibus.

70 Homicide assassini pena.

71 Excommunicatus immediate non privatur.

72 Idem est de interdicto.

73 Quid de Infidelibus? ad num. 124.

74 Qui ad Ecclesiam confugit, justitia ministris

cum persequentiibus, immunitate gaudet.

75 Reus, qui captus dicitur per Ecclesiam immu- 76 nitate non juvatur. Idem est de muliere in

Monasterio carcerata.

76 Reus fugiens à manibus satellitum, aut per vim

ab aliis crepus, immunitate gaudet: & n. 131.

& 132.